MISSALE DIOECESIS SALISBURGENSIS
Salzburg (?), Ende 15. Jh.

Quelle: https://manuscripta.at/?ID=979
Copyright: Klosterneuburg, Augustiner-Chorherrenstift

es michi. et liberasti corpus
meum a perdicione. A laqueo lin
gue inique. et a labijs operan
cium mendacium. et in conspectu
astancium factus es michi ad
iutor. et liberasti me secundum mul
titudinem misericordie nominis tui. A ru
gientibus preparatis ad escam
de manibus querencium animam
meam. et de portis tribulacionum
que circumdederunt me. A pressura
flamme que circumdedit me. et in
medio ignis non sum estuatus.
De altitudine ventris inferi.
et a lingua coinquinata. et
a verbo mendacij. A rege iniquo
et a lingua iniusta. Laudabit
usque ad mortem anima mea dominum.
et vita mea appropinquans
erat in inferno deorsum. Circum
dederunt me undique et non erat
qui adiuuaret. Respiciens eram
ad adiutorium hominum. et non
erat. Memorata sum misericordie tue
domine. et operacionis tue que
a seculo sunt. quoniam eruis sustinen
tes te. et liberas eos de manibus
odiencium te. domine deus noster. Sapie.
Domine deus meus exaltasti
super terram habitacionem
meam. et pro morte defluenti depreca
ta sum. Inuocaui dominum patrem
domini mei. ut non derelinquat
me in die tribulacionis mee.
et in tempore superborum sine adiu

Epistola. Gratia mulieris sedule fo. CLxxxxij
Epistola Mulierem fortem quis inveniet fo. CCxiij

torio. Laudabo nomen tuum
assidue. et collaudabo illud in
confessione. et exaudita est oracio
mea. Liberasti me a perdicione.
et eripuisti me de tempore iniquo.
Propterea confitebor et laudem dicam
nomini tuo domine deus noster. Ad corinth.
Fratres. De virginibus preceptum
domini non habeo. consilium autem
do tamquam misericordiam consecutus a
deo ut sim fidelis. Existimo er
go hoc bonum esse propter instantem
necessitatem. quoniam bonum est homini
sic esse. Alligatus es uxori. noli
querere solucionem. Solutus es
ab uxore. noli querere uxorem.
Si autem acceperis uxorem non pecca
sti. Et si nupserit virgo non pec
cat. tribulacionem tamen carnis ha
bebunt huiusmodi. Ego autem
vobis parco. hoc itaque dico fratres.
Tempus breue est. reliquum est. ut et
qui habent uxores tamquam non haben
tes sint. et qui flent tamquam non
flentes. et qui gaudent tamquam
non gaudentes. et qui emunt tam
quam non possidentes. et qui utuntur
hoc mundo tamquam non utantur.
Preterit enim figura huius mundi.
Volo autem vos sine sollicitudi
ne esse. Qui sine uxore est cogi
tat que domini sunt. quomodo placeat
deo. Qui autem matrimonium con
traxit. cogitat que sunt mundi. quo
modo placeat uxori et diuisus